PHÆNOMENON SINGULARE SOLIS COELO SERENO PALLESCENTIS AD RATIONES REVOCATUM.

CAP. I.

HISTORIAM PHÆNOMENI EXHIBET.

§. 1.

Sunt quædam naturæ phænomena, quæ cum rarius accidant, in admirationem eoque trahunt pleroſque ſpectatorum, ut portentorum inſtar iſta habeant, quæ malorum imminentium ſtragem, vel bonorum adventum prænunciarent. In hanc claſſem non immerito referimus phænomenon ſingulare ſolis cœlo ſereno pallescentis, in cujus cauſas inquirere nobis impræſentiarum ſumſimus. Inſtituti ratio.

§. 2.

Phænomenon iſtud anno ſuperiori 1721, die prima Junii, eademque feriarum Pentecoſtes prima circa quintam pomeridianam in terrorem conjecit Phænomeni deſcriptio.